Sed si homo hodie bene comedit
et bibit: cras melius vult comede
re et bibere. Psal. lvi. Venite suma
mus vinum impleamur ebrietate.
et erit hodie sicut cras. et multo amplius.
plius. Quarto dedit deus homini in para
diso cibum dissimilem ab istis non
quidem fructum arboris materialis sed
cibum uteri virginalis. Ps. Cum de
derit dilectis suis somnum. ecce he
reditas domini filii merces fructus ven
tris. Non olera siue herbas terre
sed virentia pascua vite. Jo. x. In
gredietur et egredietur et pascua
inueniet. non carnes animalium vel
piscium: sed delicias angelorum. Ps.
Panem angelorum manducauit homo
Secundo mundus habet cibum spiritualem
scilicet appetitum diuitiarum et honorum. et ci
bus iste etiam non satiat: quomodo possit
quis satiari de aura. vmbra. et fe
tore. Vmbra quidem non potest sati
are: sed infrigidare. Ventus hic
est aura: non potest satiare: sed infla
re. fetor non potest satiare: sed inficere.
Vmbra signat diuitias ex eo quod
cito transeunt Sap. v. Transierunt
omnia sicut vmbra et ideo cor aua
ri infrigidat. Eccl. xliii. Gelu sicut
salem super terram effundet et effun
di permittet. Et dicit salem quia tale
gelu facit cor auari esse sterile ab
omni opere bono. Ventus signat
honores. Job. xxx. Eleuasti me. et
quasi super ventum ponens elisisti
me valde. Talis ventus cor superbi
inflat. Ad colosen. ii. Inflatos sen
su carnis sue. Tales inflatos dis
rumpit malleus diuine sententie
Math. xxv. Discedite a me male
dicti in ignem eternum etc. Sapi.
iiii. Disrumpet illos inflatos sine
voce. Non enim emittent vocem
alicuius excusationis vel appella
tionis. Fetor signat immundici
as carnales. Juxta illud Psa. xx
xiiii. De cadaueribus eorum ascen
det fetor. Johelis iii. Computru ca. 1.
erunt iumenta in stercore suo. Is
te fetor non reficit sed totam vitam
inficit et corrumpit. Eze. xxxii. Ri
gabo et irrigari permittam terram fe
tore sanguinis tui. Secundus lo 2
cus est infernus vbi est fames per
penam causata. scilicet quod nimia fame e
orum caro erit consumpta Tren.
iiii. Adhesit cutis eorum ossibus
eruit et facta est quasi lignum. Tan
ta quod pellis eorum erit adusta. Tre
norum quinto. Pellis nostra qua
si clibanus adusta est. a facie tem
pestatum famis etc. Tanta quod fa
mes intra costas eorum erit inclu
sa. et ideo erit perpetua quia de cos
tis eorum nunquam exire poterit. Job.
decimo octauo. Attenuetur fame
robur eius. et inedia vel fame inua
dat costas eius. Tanta quod linguas
proprias manducabunt. Apoca.
decimo sexto. Manducauerunt li
guas suas. Tanta quod sua et aliorum
brachia manducabunt. Ysaye. 9.
quadragesimo. Vnusquisque car
nem brachii sui vorabit. Manas
ses effraym. Effraym manassem
Tanta quod pre nimia fame dyabolum

Eccles. 43.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-477/0672
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG